

Quapropter ut in Deum credamus, & pie vivamus, non volentis neque currentis, sed miserentis est Dei: non quia velle non debemus & currere, sed quia ipse in nobis & velle operatur & cur-
rere. *a Aug. ibid. b Aug. de gra-
tia Christi c. 25. c Ibid. e. 44. ex
Amb. d Phi-
lip. 2. e Psal. 16. f Pf. 67. g Phi-
lip. 1. h Luc. 17. i Hy-
can. 23. in Mat.*

Nec quia nos non volumus, aut nos non agimus; sed quia sine ipsius adjutorio, nec volumus aliquid boni, nec agimus. b

Nemo potest edificare sine domino, nemo currere sine domino, nemo quidquam incipere sine domino. c

Qui operatur in nobis & velle & perficere, d Perficit gressus nostros in semitis suis. e

Confirmat hoc quod operatus est in nobis; f Donat ut in eum credamus; g

Adauget nobis fidem. h

Cui proinde debemus & originem & profectum. i

C A P. VIII.

In bono opere totum est à Deo.

SI quis ergo, sicut augmentum, ita etiam initium fidei ipsumque credulitatis affectum quo in eum credimus qui justificat impium, & ad regenerationem baptismatis pervenimus, non per gratiam donum, id est, per inspirationem Spiritus sancti corrigentem voluntatem nostram ab infidelitate ad fidem, ab impietate ad pietatem, sed naturaliter nobis inesse dicit, à postolicis dogmatibus adversarius approbatur. *k Con-
cil. A-
raus. f
can. 5.*

Ipsè enim Christus Jesus tanquam caput in membra, & tanquam vitis in palmites, in ipsos judicium, ff. si fidei jugiter virtutem in suis; quæ virtus bona eorum opera semper antecedit & comitatur, & subsequitur. l

Et sic totum totum Deo; m Ut qui gloriatur, in Domino gloriatur: n In nullo enim gloriandum, quando nostrum nihil est; o

Sed totum ejus gratiæ qui cuncta largitus est; p Totumque divini operis. q

Sed laborant homines invenire in nostra voluntate quid boni sit nostrum, quod nobis non sit ex Deo; & quo modo inveniri possit, ignoro. r

Nisi enim obtineamus, non solum voluntatis arbitrium, quod huc atque illuc liberum stetit, p Hier. atque in eis naturalibus bonis est, quibus & male uti malus potest; sed etiam voluntatem bonam, lib. 4. in quæ jam in eis bonis est, quorum esse usus non potest malus, nisi ex Deo nobis esse non possit, nec scio quemadmodum defendamus quod dictum est: epist. ad quid enim habes quod non accepisti? nam si nobis libera quædam voluntas ex Deo est, quæ adhuc potest esse vel bona vel mala: bona vero voluntas ex lib. c. 11. nobis est melius est id quod à nobis est, quam quod ab illo est. Quod si absurdissime dicitur; oportet de fateantur etiam bonam voluntatem nos divinitus percipere. adipisci. f

Quocirca, quod ad Deum non convertimus, nisi ipso excitante atque adjuvante non possumus. Et hæc est voluntas bona; quid habemus quod non accepimus? si autem accepimus quid gloriamur quasi non accepimus? t Ibidem

Ne ergo nostrum putemus esse quod ejus est: qui error multum est religioni pietatique contrarius. v

Sed ne quisquam etiam non de operibus, de ipso gloriatur libero arbitrio voluntatis, tanquam ab ipso incipiat meritum, cui tanquam debitum red-

datur præmium bene operandi: ipsa libertas adiudat eundem gratiæ præconem dicentem: Deus est enim qui operatur in vobis & velle & operari pro bona voluntate. Et alio loco: Igitur non volentis neque currentis, sed miserentis est Dei. Cum procul dubio, si homo ejus ætatis est ut ratione jam utatur, non possit credere, sperare, diligere nisi velit nec pervenire ad palmam supernæ vocationis Dei, nisi voluntate cucurrerit. Quomodo ergo non volentis neque currentis, sed miserentis est Dei, nisi quia & ipsa voluntas, sicut scriptum est à Deo præparatur? alioquin si propterea dictum est, non volentis, neque currentis, sed miserentis est Dei: ex utroque fit, id est, ex voluntate hominis, & misericordia Dei: ut sic dictum accipiamus non volentis neque currentis; sed miserentis est Dei; tanquam diceretur, non sufficit sola voluntas hominis, si non sit etiam misericordia Dei. Non ergo sufficit sola misericordia Dei, si non sit etiam voluntas hominis: ac per hoc, si rectum dictum est, non volentis hominis, sed miserentis est Dei, quia id voluntas hominis sola non implet: Cur non & è contrario rectè dicitur, non miserentis est Dei, sed volentis est hominis, quia id misericordia Dei sola non implet? Porro si nullus Christianus dicere audebit, non miserentis est Dei, sed volentis est hominis, ne à postolo apertissime con-

tradit: restat, ut propterea rectè dictum intelligatur, non volentis neque currentis, sed miserentis est Dei, ut totum Deo detur, qui hominis voluntatem bonam & præparat adjuvandum, & adjuvat præparatam. *a Aug. Enchir. 32. v-
de 3. c. 7. de
grat. 3. lib. arb. b Con-
cil. Araus. can. 20. c Celest. e Fulg. lib. 1. ad
14. f Greg. homil. 8. sup. E-
zech. g Fulg. lib. 4. ad
ante. Bern. ibid. post
med. Aug. lib. 4. ad
Bonifac. cap. 6.*

Nulla enim facit homo bona, quæ non Deus præstet, ut faciat homo. b

Quo fit, ut operi ac dignationi gratiæ Dei nihil penitus sit subtrahendum. c

Qui ita in cordibus hominum, atque in ipso libero operatur arbitrio, ut sancta cogitatio, pium consilium, omnisque motus bonæ voluntatis ex Deo fit, quia per illum aliquid boni possunt, sine quo nihil possumus. d

Ipsè ergo facit, ut faciamus, boni in nobis operante, sit omne bonum quod facimus. e

Unde, quidquid in sanctorum virtutibus agitur, ejus est gratiæ qui merita largitur. f

Quidquid ergo habes bonæ voluntatis, vel bonæ operationis, Deo assigna qui dedit: & ipsum humiliter roga, ut & conferret, & auget quod donavit. Nihil tibi boni tanquam tuum assignes, ne non accipias quod accipere poteris; & quod accepturas, perdas. g

Quid igitur agit (ais) liberum arbitrium? Brevis- ter respondeo: salvetur, tolle liberum arbitrium, non erit quod salvetur: tolle gratiam, non erit unde salvetur. h

Quid tu ergo operaris, aut quid mercedis speras vel præmij, si totum facit Deus? i

Quod à sola gratia ceptum est, pariter ab utroque que perficitur; ut mixtum non sigillatim, simul non vicissim per singulos profectus operentur, non partim gratia, partim liberum arbitrium, sed totum in singula opere individuo peragunt. Totum quidem hoc, & totum illa; sed ut totum in illo, sic totum ex illa. k

Verumtamen in omnibus quæ quisque agit, cunctum Deum, misericordia ejus prævenit. Nunquid potestis dicere, prius ambulavimus in justificationibus ejus, & judicium ejus

obser-

a Aug. ibid. b Aug. de gra-
tia Christi c. 25. c Ibid. e. 44. ex
Amb. d Phi-
lip. 2. e Psal. 16. f Pf. 67. g Phi-
lip. 1. h Luc. 17. i Hy-
can. 23. in Mat. k Con-
cil. A-
raus. f
can. 5. l
in ora-
tione do-
minica. m
n. 1. Cor. o
Aug. li. 2. re-
tra. c. 1. Ex san-
ct. Cy-
prian. p
Hier. q
lib. 4. in
epist. ad
Gal. r
Aug. l. 2. de
pec. mer. s
re-
c. 18. t
Ibidem
v Aug. ibid. c. 19.

Philip. 2. Rom. 9. a Aug. Enchir. 32. v-
de 3. c. 7. de
grat. 3. lib. arb. b Con-
cil. Araus. can. 20. c Celest. e Fulg. lib. 1. ad
14. f Greg. homil. 8. sup. E-
zech. g Fulg. lib. 4. ad
ante. Bern. ibid. post
med. Aug. lib. 4. ad
Bonifac. cap. 6.